Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



post quinque a sex ad summum dies vinum clarum
reperire. Studendum tamen est ut vina in locis
et cellis quam frigidissimis nullo sole acce-
dente, neque ventis australibus tangentur.
Alii vero corticibus fraxineis vinum complent.
reliqui et melius tremuli arboris corticibus.
hoc perficiunt. Alii vero lac amigdalinum
alumini trito commiscent et secundum vini quan-
titatem hoc augent et remittunt. Per quod vina
ne rumpantur et rupta redeant experiuntur.
Quare servare decet tempora et solsticia maxime
que estivale et caniculae fervor et venti
meridionales terre motus atque tonitrua et
tempus quo rose vineeque germinant in quibus
plus vina alterantur. Cetera vulgi relinquo iudicijs.

Fetorem vino demere Cap iiij

Quam primum senseris peregrinum et malum
in vino odorem eumque provenire
ex vase in quo aliquis liquor
pessimus perfuit mox educito vinum
et vas proscribe atque prorsus abyce. Aut
mucor virens dolij pinxerit rimulas
prospiciendum. Aut ilicibus adhuc suo udo
madidis et pridie a trunco resectis. Iam pridem
resectis